



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vera Sapientia Virtvte Et Tranqvillitate Animi  
Enchiridion DD. Evcherii Lvgdvnensis, Martini  
Bracarensis, & Magni Wigonis, Antistitum**

**Eucherius <Lugdunensis>**

**Martinus <Bracarensis>**

**Magnus <Wigo>**

**Monachii, 1639**

Cap. II. Nemo Sapiens nisi magnanimus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10188**

tes scire. Id opta, quod optari coram bonis potest. Nec altiori te rei imponas, in qua tibi stanti tremendum, ascendi cadendum sit.

24. Consilia tibi salutifera aduoca. Cùm tibi alludit vitæ prosperitas, tunc te velut in lubrīco retinebis, ac si stes; nec tibi dabis impetus liberos; sed circumspicies, quò eundū sit, vel quo usque.

C A P. II.

*N E M O S A P I E N S  
nisi magnanimus.*

I. **M**agnanimitas verò, que & Fortitudo dicitur, si insit animo

F 5 tuo

tuo, cum magnâ fiduciâ vi-  
ues liber, intrepidus, alacer.

2. Magni animi homini  
bonum est, non vacillare  
constare sibi, & finem vita-  
intrepidum exspectare.

3. Nil aliud magnum in  
rebus humanis, nisi animus  
magna despiciens.

4. Si magnanimus fueris  
nunquam iudicabis tibi con-  
tumeliam fieri. De inimicis  
dices; *non nocuit mihi, sed am-*  
*mum nocendi habuit*: & cùm  
illum in potestate tua vide-  
ris; vindictam putabis, vindic-  
are potuisse. Scito enim, ho-  
nestum & magnum genus  
vindictæ esse, ignoscere.

5. Ne-

5. Neminem susurro appetas, neminem suffodias; palam aggredere: non geres conflictū, nisi indixeris. Nam fraudes, & doli, imbecillum decent.

6. Eris magnanimus, si pericula nec appetas, vt temerarius: nec formides, vt timidus. Nam nihil timidum facit animum, nisi reprehensibilis vitæ conscientia.

7. Mensura ergo magnanimitatis est, nec timidum esse hominem, nec audacem.